

Capitulum primum

Lectio prima (versus 1-21)

Exercitium 1

1. Italia in Eurōpā est.
2. Gallia in Eurōpā est.
3. Italia et Gallia in Eurōpā sunt.
4. Arabia in Eurōpā nōn est.
5. Arabia in Asiā est.
6. Syria quoque in Asiā est.
7. Syria et Arabia in Asiā sunt.
8. Hispania in Asiā nōn est.
9. Hispania et Gallia et Italia in Eurōpā sunt.

Lectio secunda (versus 22-61)

Exercitium 4

1. Corsica insula est. Corsica et Sardinia insulae sunt.
2. Rhēnus fluvius est. Rhēnus et Dānuvius fluvii sunt.
3. Brundisium oppidum est. Brundisium et Tūsculum oppida sunt.
4. Sicilia insula magna est.
5. Nīlus est fluvius magnus.
6. Brundisium oppidum magnum est.
7. Tūsculum nōn oppidum magnum, sed oppidum parvum est.
8. Melita nōn est insula magna, sed insula parva.
9. Tiberis nōn fluvius magnus, sed fluvius parvus est.
10. Rhēnus et Nīlus fluvii magni sunt.
11. Sicilia et Sardinia insulae magnae sunt.
12. Brundisium et Sparta oppida magna sunt.

Lectio tertia (versus 62-83)

Exercitium 8

- III numerus Rōmānus est. I et II numerī Rōmānī sunt.
- Nōn vocabulum Latīnum est. Nōn et sed vocabula Latīna sunt.
- Γ littera Graeca est. Γ et Δ litterae Graecae sunt.
- A et B litterae Latīnae sunt. C quoque littera Latīna est.
- In et num vocābula Latina sunt. Et quoque vocābulum latinum est.
- Ūnus [i] et duo [ii] numerī sunt. Trēs [iii] quoque numerus est.
- In vocābulō Latīna sunt sex [vi] litterae et trēs [iii] syllabae : syllaba prima La-, secunda -ti-, tertia -na.
- In capitulō primō sunt mille [m] vocābula.